

recedendum non est, 4. Nulla esset cum reliquis sequentibus *Judæ*  
*Encomiis* *coherere*, quæ enim sequela. *Judæ* Confessus est, E. est  
Leo, Ergo ipsi incurvabant se fratres, melius verò verba qua-  
drant, si dicatur in his verbis te laudabunt, contineri laudis &  
Encomij *Judæ* propositionem, in subsequenter verò, partim  
rationem, tu Leo, partim modum, *tu* se incurvabant fratres,  
colent te, ut regem; 5. Accedit plerorumq; Interpretum Christiano-  
rum suffragium; quod in Commentariis h. in l. editis cuius patet  
& obvium est.

II. Vox (a) שׁוֹבָה non notat hic tribulationem & calamita-  
tem, ut sibi hodierni fingunt Rabini, ut sensus sit, non defutura  
est *Judæ* tribulatio, donec venerit Messias. Nam 1. *Fausta o-*  
*minatur*, huic tribui, tum temporalia, tum spiritualia; quid ve-  
rò auspiciati aut boni ominis dicit Prophetia, de futura *Judæ* ca-  
lamitate? 2. repugnat huic commento Rabinico Copula similium  
& vox מַלְאָכָה Legislator, quæ satis clarè indicat, quid hic per Sce-  
ptrum intelligendum veniat, nimirum regia potestas, ἀτοπία  
autem, & vel ipso sono disconvenientia sunt, calamitas & legis-  
lator. Ecquis enim scusus! Non auferretur calamitas & legis-  
lator *Judæ*, donec venerit שׁוֹבָה 3. *Virga afflictionis*, quam no-  
tare dicunt vocem שׁוֹבָה, & reliquis tribubus communis fuit, quas ca-  
lamitas, non minus prepsit, quam tribum *Judam*, imò gravio-  
rem fortuna n. perpepsit sunt reliquæ tribus, quæ redeunte tribu  
*Juda*, sub jugo, quo se poterant emancipare, permanserunt. 4.  
sepe recessit virga tribulationis à *Juda*, quomodo ergo certum venturi  
Messia poterat esse indicium? prius ex historiis, imò ipso adverfa-  
riorum testimonio & confessione certum, 5. veniente Messia, ut do-  
cent Rabini, non tantum à *Judæ* sed omnibus tribubus recedet tribulatio,  
quomodo E. conditio & status solius tribus *Judæ*, potuit esse si-  
gnum διαγενησθὲν venientis Messia, 6. Repugnant huic perversa o-  
pinioni, Thargum vid. supra citatum. Et 7. tandem, quod for-  
tè ordine debebat esse primum; eventus, qui vaticiniorum optimus  
interpres, aliud tempus venturi Messia esse non posse, quam id,  
in quo vaticina, in Christo nostro Salvatore complementum  
suum sunt consecuta, docet.

D

(b) Vox

ESV III